



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vita Et Doctrina Christi Domini

More, Henry

Antverpiae, 1649

XXVIII. Fructus Spiritus in Apostolis & Apostolicis viris. Act. 3. 4. 5. 6. 7. 9.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56545)

venit considerandus, tum ex affectu ad terrena, tum ex defectu simplicitatis.

6. Ex his omnibus denique ortum est v. 47. ut haberet gratiam ad omnem plebem, tam miro virtutum exemplo stupefactam, & auferentur ij qui salui fierent; Pietas enim ad omnia utilis est. Veni sancte Spiritus reple tuorum corda fidelium, &c. 1. Tim. 4. 8.

XXVIII.

Fructus Spiritus in Apostolis & Apostolicis viris. Act. 3. 4. 5. 6. 7. 9.

1. Considera Petri constantiam, cum post sanatum claudum, positus in custodiam, in crastinum, deinde coram Sacerdotibus palam professus est Christum, neque cessit minis; sed post secundos carceres ab angelo animatus, sustinuit verbera, ibatq; gaudens à conspectu Concilij, quoniam dignus habitus est pro nomine Iesu contumeliam pati. Act. 5. 18.

3. Aspice Stephanum post prolixam & feruidam orationem coram Iudæis in Synagoga, plenum Spiritu sancto intentem in Cælum, & videntem gloriam Dei. Act. 6. 7. Perfidos etiam Iudæos exclamantes, & continentes aures suas, & eijcientes eum extra

extra synagogam, & ciuitatem: ille autem gaudens suscipiebat lapides, orans, *Domine IESV suscipe spiritum meum: Domine ne statuas illis hoc peccatum.*

Act. 9.

3. Vide Saulum spirantem minas, prostratum voce de Cœlo, abiectum in genua, orantem, duplici luce donatum, loquentem cum fiducia de nomine IESV, cum verò quæreretur ad necē, demissus est in sporta, & venit in Hierusalem, *vas factus Electionis ut portaret nomen Domini, corā gentibus & regibus & filiis Israël.*

4. Denique perpende illam Petri orationem, occasione Cornelij Centurionis pronuntiatam. *In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente, qui timet eum & operatur iustitiam, acceptus est illi. Adhuc enim eo loquente cecidit Spiritus sanctus super eos qui audiebant verbum, & obstupuerunt ex circumcisione fideles; audiebant enim illos loquentes linguis, &c. Sic enim nos si seridū animum adijcimus erimus etiam accepti, &c.*

DISTRI-